



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)  
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

**O3: European Latin Language Certification – Higher  
intermediate level**

**Methodological and Pedagogical Tools  
Test B2 (without Translation Competencies)**

(Spanish Version: 27.09.2022)

**Project Coordinator:**

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

**Project Partners:**

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

**Aprobado con el 75%: 30/40; al menos 2 en el ejercicio 6**

Epistula ad Caesarem

Hae est epistula quae a Sallustio ad Caesarem scripta esse dicitur, sed Sallustus auctor non putatur. Is dicit se a iuventute rei publicae operam dedisse et Caesarem secutum esse. Deinde Caesarem et eius facinora laudat.

1	Scio ego quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo
2	cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt; quippe cum et illis consultorum copiae adsint neque
3	de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quin etiam saepe prava magis quam bona
4	consilia prospere eveniunt, quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat.
5	Sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere atque in ea cognoscenda multam
6	magnamque curam habui; non ita ut magistratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti
7	erant sed etiam ut rempublicam domi militiaeque quantumque armis, viris, opulentia posset,
8	cognitum habuerim. Itaque mihi multa cum animo agitati consilium fuit famam (...) meam post
9	tuam dignitatem haberet et cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloria acciderit.
10	Idque non temere aut fortuna tua decrevi, sed quia in te, praeter ceteras, artem unam (...)
11	mirabilem comperi, semper tibi maiorem in advorsis, quam in secundis rebus animum esse.
12	Sed per ceteros mortalis illa res clarior est, quod et prius defessi sint homines laudando atque
13	admirando munificentiam tuam quam tu faciundo quae gloria digna essent.
14	Equidem mihi decretum est nihil tam ex alto reperiri posse quod non cogitanti tibi in promptu sit.
15	Neque eo quae visa sunt, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius aequo probaretur,
16	inter labores militiae, interque proelia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis
17	urbanis. Namque tibi si id modo in pectore consilii est, ut te ab inimicorum impetu vindices,
18	quoque modo contra advorsum consulem beneficia populi retineas, indigna virtute tua cogitas.
19	Sin in te ille animus est, qui iam a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Romanam ex
20	gravi servitute in libertatem restituit, in praetura inimicorum arma inermis disiecit, domi
21	militiaeque tanta et tam praeclara facinora fecit, uti ne inimici quidem queri quidquam audeant nisi
22	de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de summa republica. Quae profecto aut tu vera
23	invenies, aut certe haud procul a vero.

L1	Postremo	Deinde/demum
L2	Opes in excelso sunt	Opes maximae sunt
L2	Consultor, -oris, m.	Qui consilium affert
L3	Callidus, -a, -um	Qui stultus non est
L3	Prudens, -entis	Sapiens, -entis
L3	Pravus, -a, -um	Malus, -a, -um
L4	Prospere	Bene
L5	Adolescentulus, -i, m.	Iuvenis, -is, m.
L5	Rem publicam capessere	Cursum honorum inire
L6-7	Adepti erant	Ceperunt
L7	Opulentia, -ae, f.	Opes, -um, f.
L10	Temere	Casu
L11	Mirabilis, -e	Mirus, -a, -um
L12	Defessus, -a, -um	Fessus, -a, -um

L13	Munificentia, -ae, f.	Utitur munificentia qui multa dona aliis dat
L17	Urbanus, -a, -um	Qui/quae/quod ad urbem pertinet
L19	Factionem	Partem
L20	Praetura, -ae, f.	Magistratus eius qui praetor est
L20	Disiecit	Sustulit
L22	Summus, -a, -um	Maximus, -a, -um
L22	Profecto	Certe

**1. Asocie el epígrafe con la secuencia; no todos los epígrafes deben utilizarse (5)**

- Caesaris facinora laudanda semper fuerunt quamquam interdum in utraque fortuna animo deficit.
- Caesari plebis iura restituenda sunt.
- Auctor scit melius esse quibus est potestas et auctoritas consilia non dare.
- Caesari contra consulem, auctoris sententia, plebis auxilio pugnandum est.
- Auctor voluit ab ineunte aetate rem publicam cognoscere et deinde Caesaris comes fuit.
- Caesar semper sibi fidens in utraque fortuna fuit et eius res gestae semper laudandae fuerunt.
- Est auctoris consilia dare omnibus quibus imperium sit.
- Auctor voluit rei publicae operam dare ut dignitatem suam auget.
- Auctor non vult Caesarem se ab inimicis vindicare.
- Caesar ab inimicis suis se vindicare et plebi libertatem restituere debet.

LL 1-4: \_\_\_\_\_

LL 5-9: \_\_\_\_\_

LL. 10-13: \_\_\_\_\_

LL. 14-18: \_\_\_\_\_

LL 19-23: \_\_\_\_\_

**2. Elija si las siguientes afirmaciones son correctas o incorrectas o no se pueden responder (8)**

	Verum	Falsum	Non liquet
1. Imperatori audiendi sunt homines qui consilia afferunt			
2. Fortuna interdum mala consilia in bonas res veritit			
3. Auctor vult quoquo modo etiam parum honeste cursum honorum inire			
4. Caesaris facinora maliora sunt quam homines laudare possunt			
5. Auctor vult Caesaris auxilio magistratuum rem publicam gerere			
6. Auctor putat nihil tam arduum inveniri potest quod Caesaris ingenium reperire non possit			
7. Cum Caesar praetor esset ab inimicis suis victus est			
8. Inimicis quoque concedendum est Caesarem magnum virum esse			

### 3. Elija las respuestas correctas (5)

- A. Consilium dare quibus imperium est
  - a. Non licet
  - b. Oportet
  - c. Arduum est
  - d. Bonum est
- B. Auctor ab ineunte aetate voluit
  - a. Ad famam Caesaris augendam operam dare
  - b. Caesaris auxilio cursum honorum inire
  - c. Caesari consilia sua dare
  - d. Caesaris consilio rem publicam cognoscere
- C. Caesaris habitus in secundis et adversis rebus talis fuit
  - a. Ut inimici eum aggredi possent
  - b. Ut auctor eum imitari vellet
  - c. Ut non omnes eum laudare possint
  - d. Ut numquam facinora gloria digna facere desierit
- D. Caesar a principio cursus honorum sui
  - a. Contra inimicis armis pugnavit
  - b. Magistratus nobiles petiit
  - c. Plebem liberam fecit
  - d. Auctoris cursui honorum consuluit
- E. Caesari auctoris verba accipienda sunt tantum si
  - a. Ab inimicis se vindicare vult
  - b. Plebis auxilio imperium obtinere vult
  - c. Antiquum animum semper servaverit
  - d. Auctoris consilia grata sunt

### 4. Elija el sinónimo o la expresión que mejor se ajuste al significado del texto (8)

- A. L. 4: Eveniunt
  - a. Inveniunt
  - b. Faciunt
  - c. Fiunt
  - d. Accipiunt
- B. L. 4: Agitat:
  - a. Facit
  - b. Miscet
  - c. Cognoscit
  - d. Conatur
- C. L. 5: Studium:
  - a. Impetus
  - b. Voluntas
  - c. Labor
  - d. Libido
- D. L. 9: Periculum facere:
  - a. Omnia experiri
  - b. In periculo esse
  - c. In periculum adducere
  - d. Audax esse
- E. L. 10: Artem:
  - a. Disciplinam
  - b. Voluntatem
  - c. Virtutem
  - d. Rationem
- F. L. 11: Comperi:
  - a. Elegi
  - b. Vici
  - c. Duxi
  - d. Inveni
- G. L. 14 In promptu sit
  - a. In mente sit
  - b. In manibus sit
  - c. Apud amicos sit
  - d. In urbe sit
- H. L. 21: queri:

- a. Obiecere
- b. Rogare
- c. Velle
- d. Sentire

**5. Elija las respuestas correctas (8)**

- A. L. 1: *Factu* es:
  - a. un sustantivo
  - b. un adjetivo
  - c. un participio pasado
  - d. un supino
- B. L. 7: *Quantum* es:
  - a. un pronombre relativo
  - b. un pronombre interrogativo
  - c. un adverbio relativo
  - d. un adverbio interrogativo
- C. L. 9: *Cuius* es:
  - a. un pronombre relativo
  - b. un adjetivo indefinido
  - c. un pronombre interrogativo
  - d. un adjetivo demostrativo
- D. L. 12: *Laudando* es:
  - a. un gerundio
  - b. un gerundivo (participio) predicativo
  - c. un gerundivo (participio) atributivo
  - d. un participio concertado
- E. L. 13: *Quam* introduce:
  - a. una oración de relativo
  - b. una oración que funciona como objeto
  - c. una oración interrogativa
  - d. una oración comparativa
- F. L. 17: *Si* introduce una oración condicional:
  - a. de un período hipotético dependiente real
  - b. de un período hipotético independiente real
  - c. de un período hipotético dependiente mixto
  - d. de un período hipotético mixto independiente
- G. L.17: *Ut* introduce:
  - a. una oración final
  - b. una oración consecutiva
  - c. una oración temporal
  - d. una oración completiva
- H. L. 21: *Ne*:
  - a. con *uti* introduce una oración consecutiva negativa
  - b. con *uti* introduce una oración final negativa
  - c. con *uti* introduce una oración completiva negativa
  - d. es un adverbio

**6. Transforme las frases del texto (8)**

- A. LL. 3-4: Quin etiam saepe prava magis, quam bona consilia prospere eveniunt.  
Auctor non dubitat quin etiam saepe prava magis, quam bona consilia prospere \_\_\_\_\_
- B. L. 4: Quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat  
Plerasque res ex lubidine sua \_\_\_\_\_ (use un **ablativo absoluto**) (2)
- C. L. 8: Mihi multa cum animo agitanti consilium fuit  
Auctor dicit \_\_\_\_\_ multa cum animo agitanti consilium \_\_\_\_\_ (2)
- D. L. 22: Quin accipe tu ea...  
Auctor monet Caesarem ut \_\_\_\_\_ ea....



Co-funded by the  
Erasmus+ Programme  
of the European Union



EULALIA

European Latin Linguistic Assessment

Erasmus+ Strategic Partnership for Higher Education (2019-2022)  
(2019-1-IT02-KA203-062286)

<https://site.unibo.it/eulalia/en>

**O3: European Latin Language Certification – Higher  
intermediate level**

**Methodological and Pedagogical Tools  
Test B2 (with Translation Competencies)**

(Spanish Version: 27.09.2022)

**Project Coordinator:**

Alma Mater Studiorum – University of Bologna (Italy)

**Project Partners:**

University of Köln (Germany)

Catholic University of the Sacred Heart – Milan (Italy)

University of Rouen (France)

University of Salamanca (Spain)

University of Uppsala (Sweden)



The European Commission's support for the production of this publication does not constitute an endorsement of the contents, which reflect the views only of the authors, and the Commission cannot be held responsible for any use which may be made of the information contained therein.

Tiempo: 1 h

Traduzca de la línea 11 a la 21 (la sección en cursiva)

1	Scio ego quam difficile atque asperum factu sit consilium dare regi aut imperatori, postremo
2	cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt; quippe cum et illis consultorum copiae adsint neque
3	de futuro quisquam satis callidus satisque prudens sit. Quin etiam saepe prava magis quam bona
4	consilia prospere eveniunt, quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat.
5	Sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere atque in ea cognoscenda multam
6	magnamque curam habui; non ita ut magistratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti
7	erant sed etiam ut rempublicam domi militiaeque quantumque armis, viris, opulentia posset,
8	cognitum habuerim. Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit famam (...) meam post
9	tuam dignitatem haberet et cuius rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloria acciderit.
10	<i>Idque non temere aut fortuna tua decrevi, sed quia in te, praeter ceteras, artem unam (...)</i>
11	<i>mirabilem comperi, semper tibi maiorem in advorsis, quam in secundis rebus animum esse.</i>
12	<i>Sed per ceteros mortalis illa res clarior est, quod et prius defessi sint homines laudando atque</i>
13	<i>admirando munificentiam tuam quam tu faciundo quae gloria digna essent.</i>
14	<i>Equidem mihi decretum est nihil tam ex alto reperiri posse quod non cogitanti tibi in promptu sit.</i>
15	<i>Neque eo quae visa sunt, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius aequo probaretur,</i>
16	<i>inter labores militiae, interque proelia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis</i>
17	<i>urbanis. Namque tibi si id modo in pectore consilii est, ut te ab inimicorum impetu vindices, quoque</i>
18	<i>modo contra advorsum consulem beneficia populi retineas, indigna virtute tua cogitas.</i>
19	<i>Sin in te ille animus est, qui iam a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Romanam ex</i>
20	<i>gravi servitute in libertatem restituit, in praetura inimicorum arma inermis disiecit, domi</i>
21	<i>militiaeque tanta et tam praeclara facinora fecit, uti ne inimici quidem queri quidquam audeant nisi</i>
22	<i>de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de summa republica. Quae profecto aut tu vera</i>
23	<i>invenies, aut certe haud procul a vero.</i>